


306

APPENDIX, AD MECOENAT EM SVVM DOMINVM ADOLPHVM GLAVBVRCK

Francosordiensem patricium, de Arith-
metica Hieronymi Car-
dani.



RITHMETICA Hieronymi Cardani talis est; Mi domine Adolphe, ut sese tibi satis abunde sit commendatura, dum eam legeris. Habet enim multa rara, quæ alibi nusquam legimus. Delectant autem me quædam exempla eius adeò, ut quiescere non potuerim, donec ea tibi peculiariter rescripta mitterem. Oro te nihilominus, amore artium, quas tantopere colis, quatenus eam Arithmeticam totam legas à principio diligentissime, & assuescas, signa eius, quibus ipse utitur, transfigurare ad signa nostra. Quamvis enim signa quibus ipse utitur, uetustiora sint nostris, tamen nostra signa (meo quidē iudicio) illis sunt commodiora. Quid autem ex eo libro didicerim, ego (præter exempla quæ Capite ultimo, ultimi libri posui, atq; ea quæ iam ponam) indicaui in mea Algebra.

Hæc sunt autem exempla Cardani, quorum operationes memire delectant.

Exemplum Hiero. Car. quod Cap. 66. est
quartumdecimum.

Supponamus ambitum terræ continere millaria. 44310. &
Daves duas ex eodem loco uolare supra circulum ambitus,
una earum uolante uersus orientem, altera uersus occiden-
tem, donec sic uolantes per ambitum terræ, tandem conuen-
niant. Faciat autem una earum progressionē Arithmeticam,
Ita ut primo die conficiat millarium unum, secundo die con-
ficiat 2 millaria. Tertio die 3, Et sic deinceps. Secunda uero a-
uis faciat suo uolatu progressionem naturalem numerorum
cubicorum. Ita uidelicet ut primo die conficiat miliariū unum
HH 2 Secun